 libere aut horum infirmantium si est litteratus. et se aliquid adiutorium alius incan-
 tando fore sperauerit. in minori choro sedere sibi in tali loco eliget.
 ubi continuati sedere ualeat. excepto ad Bened. et Magnif. et si est notatus
 ad lectionem uel ad Kyrie aut antiphona. ipse si poterit hoc ibi pagine officium.
 sin autem sibi acquirit uicarium. Responsorium autem quod Gloria. p. sequitur. et ad hoc
 sit ualidus. non ibi cantat. sed si ab uno cantandum est. alium p se cantare
 rogat. si autem cum alio cantare debet. ut ipse uel ei uicari ad gradum cantet.
 Si est in custodia et solus cantare debet. et potest in choros ad locum suum p hoc

cantando uenit: & iterū redit. Si uero nil p̄sidii in se alius fore sperauerit: tunc
 ne alius impedimento aut forsitan oneri in aliquo existat: extra in loco q̄
 ad hoc cōpetens ē se locabit: & p̄ hoc capellū non induit: sed tam ad trā
 se reclinare poterit. In illa nocte frat̄ qui absconsā circūfert: si infirmita
 tē eius & ipse scit: ut ab eo infirmo ab alio didicerit: hanc illi non porrigit.
 Si autē infirmari eū nesciens dormienti illā apposuerit: necesse est ut
 aut ipse infirmus aut iuxta eum sedens sua sponte aut ab eo rogatus eā
 circūferat: alioquin inelamabitur. Post illā noctē quamdiu ante chorū sede
 rit: absconsa ei ponet: si dormiens inuenit. Siue autē sit ille qui infirmita
 tis causa chorū n̄ intrauit: siue qui de eo exiit in crastino ueniā petit: iste
 dicendo exiit in nocte extra chorū p̄ infirmitatē meā. Ille autē: ego n̄ in
 traui in nocte chorū p̄ meā infirmitatē. Qui requisitus a priore si melius
 habeat: si responderit: etiā dñe: iubetur ire sessū: si autē dixerit: n̄: iubet
 ext̄ chorū aliquādiu esse: & si talis ē q̄ p̄ illa infirmitate refici de communi
 fr̄um cibo nequeat: ad p̄sens p̄cipitur cellarario ut in refec̄torio curā ei
 habeat. Postea in eo loco q̄ ei infirmitati: siue in minori choro siue extra con
 ueniens ē sedebit. Si talis ē eius infirmitas q̄m p̄q̄ta sibi concessā euade
 re possit: cū p̄mū infra ebdām uires pleniū receperit: tunc t̄ ad p̄mā t̄ ad. iij.
 que captū p̄cedit chorū ut̄bit: t̄ in priora uespa. xii. lect̄ionū. Si autē infra
 p̄dic̄tū tēpus infirmitas ei creuerit: tunc prior ut ipso infirmo egri
 tudinis sue augmentū in captō pueniā: uel alias ei insinuante t̄ sua
 sponte: t̄ ab aliquo fr̄e admonit̄ eundē egrotū ad infirmariā paulū fr̄em
 adduci p̄cipit. De eo q̄ p̄ gl̄iam p̄mi psalmi ad quālibet horū uenerit.

Dico si aliquomodo cōtigerit: ut aliquis tā eorū q̄ extra quā q̄ int̄ chorū
 soleat eē: neq̄ ad trā noct̄ t̄norū p̄sens sit: neq̄ postea ante gl̄iam
 psalmi uenit: ad sedile suū occurreret: ut cū alius inclinare competēt
 possit: uel de sacristia ubi custodes eccl̄ie dormiunt: ueniens: intra
 minorem chorū subfiterit: intrans chorū & ueniens ad gradū: honeste
 tractiq̄ petit ueniā sup̄ manū & genua: paululū p̄tendēdo summita
 tē frocci: ut sup̄ eā teneat manū: & surgens: cont̄ altare altis inclinat:
 qd̄ ad mat̄ t̄ fac̄: si p̄ gl̄iam psal̄ D̄s misereat̄: uenerit. Tunc fr̄ aliquis eorū
 q̄ in uicinitate ei stant: p̄uidens ut fr̄is illi q̄m c̄tra conuentū fac̄ turus
 ē inclinatio t̄ ad finē ȳmni t̄ psalmi conueniat: tale in q̄m tēp̄ cōpe
 tent̄ anticipans: ad eū q̄ tunc ordinē tenet: accedens: cū signo qd̄ huic
 rei p̄p̄e cōpetit: fr̄m ad gradū stantē ei insinuat: Ad q̄ p̄ modicā captū
 inflexionē ut moris ē licentia data: ad absoluendū fr̄em redit. Qui
 cū manu more licentiā significantū inuenta paululum inclināt:

& facto ante & retro. recedit ad stationem suam. si talis est qui in choro tunc
 stare possit & debeat. Ibi rursus petens ueniam ut prius si aliam postea non
 petiturus. etiam si dies sit peccidendi. cum conuentu inclinante. & ipse pa-
 rit inclinat. Si autem aliquando hoc quod predictum est. de eodem interuuntio prius
 si non fuerit. ut si ille qui tunc ordinem tenet uident eum ad gradum. sua sponte
 mox abire pronuntium iusserit. quauis & quosdam hoc uicium in usu haben-
 tes. ibi uidere interdum dissimulant. tunc ille si post ueniam & conuentum in-
 clinat. & conuenit contra illum. Si uero extra chorum statio eius fuerit. de gradu ad
 chorum suum tendenti locum dat qui ibi utitur ad formam stat. donec ueniam
 & inclinationem sic premissum est. faciat. Quo facto. extra se recedit. uel
 si talis qui tunc sic predictum est. inter tunc stare possit debeat remanebit.
 Eodem modo agit ad diurnas horas erga eum qui ante gloriam primi psalmi in pre-
 dictis locis non aderit excepto quod si quis hoc officium negligentia magis
 quam necessitate sepius incurrit. ab eo qui tunc ordinem tenet. licentiam
 de gradu recedendi non accipiet. sed postquam ueniam ibi fecerit ut predic-
 tum est. inde se non mouet usque dum hora regularis sit finita. Tunc & al-
 tare tantum inclinans ad locum suum uadit. siue intus siue extra sit sua
 statio. Infra horam autem alius inclinans; ipse non nisi contra altare inclinat. ad
 preces siue precubant. siue sint inclines. ibidem eos imitatur. Hic talis quando-
 cumque infra psalmos uenerit. ad gradum uenit. si autem post psalmos. foris
 chorum remanebit. & propter hoc ueniam incipit petere. Si que autem ut dena-
 ribus; ut de rupta uena fluens sanguis impedit ne ad horam tempestiue
 occurrere possit. quando cumque ante quam psalmi finiunt intuerit. propter
 hoc ad gradum non uadit. si alius ad hoc eum hortantibus; causam suam per signum
 patefacit. Si est literatus hanc horam secum cantare non negligit. si illiteratus.
 non aliam quam que in publico cantata est audit. quia & ad lauatorium stan-
 do hanc audire. & si psalmos eisdem hore sciuit. illos. sin autem patet non
 aliquos secum recitare interiri potuit. fit quoque aliquando. ut ad nocturnos
 quod de post gloriam. Venite. ad alias uero horas per gloriam primi psalmi aliquis qui prius
 non fuit in choro. si tamen ante chorum ad intum eisdem hore non defuit. tunc in-
 troeat. nec tamen propter hoc ad gradum ueniat. & hoc isto modo. Si quando eue-
 nerit. ut aliqui conuersorum per multitudinem choro intus esse non possint. tunc foris
 positi diligentem obseruant. si quis eorum qui intus sunt. eo modo quod non sit reditu-
 rus exeat. ut quemcumque tunc intus eos intus eligat. ex occasione exeuntis locum
 intus habere ualeat. Ergo ad nocturnos post gloriam. Venite. cui cumque
 huiusmodi occasio intus copiam dederit. infra primos psalmos per
 minorem chorum introbit. ne si per uniuersalem chori aditum tunc ingrederetur

Item

De eo qui san-
 guis de naribus
 de rupta ue-
 na fluit.

ab alio tē p̄mū eccliam int̄re putaret. & ideo ad ḡdū ire propelle-
ret. Nā q̄cūq; p̄ tardo occurſu. ut dic̄ tū est ad ḡdū ſatiffacti. nūquā
ea uice p̄ minore chorū int̄bit. Quando cūq; aut̄ poſt duos pſalōs in-
trandi occasio ei dabit̄. p̄ ſupiore chori aditū ingreditur. quia de eo
nulla ſuſpicio ſe ro uenendi tē erit. Similit̄ ad mat̄ t̄ l̄ agitur. Ad diur-
nas v̄ horas p̄ gl̄am primū pſalmi q̄cūq; exiit ſua ſponte ingredi uolu-
erit. itē p̄ minore chorū intrabit. Si aut̄ ab eo q̄ tē ordini p̄erit t̄ ſinul-
lus p̄orū ad p̄ſent̄ adert. qd̄ nū qm̄ fieri debet. ab aliquo circatore
quiſ eoz ingredi uſſus fuerit. tunc quia tē ſuſpicio in eū n̄ erit. p̄ ſupiore
aditū introibit. Alioq̄n. ſi tē ibi int̄re. uellet. nolle. ad ḡdū iret.

Ad oratio ſingulorū pſalmoz qui *Quom̄ ſe fr̄ habeat infra horas.* .XIII.
ſunt irregularib; horis tā nocte quā die manū n̄ tenet aliq̄s in ſinu.
ſed in manicas mittit. eaſq; c̄ſtringit. ne int̄ inclinandū ad terram p̄-
tingant. quia inclinatio illa multū debet eē ſūmiſſa. nec adeo ad aliā
pſalmodiā. ſi illa ſatis mediocrit̄ agit. intantū ut p̄p̄t hanc manus in
manicas ad c̄ſtringendū eaſ n̄ mittant. Ad illā p̄lixiorē pſalmoz
gl̄am q̄ p̄dic̄ta ē uniuſq; accurate obſeruat. ut in fine uerbi ſanc̄to.
ſe cū aliuſ erigat. Qd̄ ſi ſedere uoluerit infra pſalmodiā. obſeruat. ne
ſedeat iuxta aliū ſedentē. ſi ita ut unū ſtet & ſedeat alt̄. & inuicem ex-
hibere debent occaſionē ſedendi ad nocturno quidē in duoz pſalmoz
ſpacio. ad mat̄ v̄ eque illoſ quinq; pſalmos diuidendo. ſic & ad ceteras
uices & horas. p̄ ut tē cōpetent̄ uidet̄ ſedendi uiciſſitudo. Sed ſciendū
qd̄ ad mat̄. ut infra pſat. D̄s miſereat. neq; in minori choro neq; extra
ad ei parietē. neq; in minoris chori occidentali linea a quo quā ſedetur.
neq; ab aliquo p̄ſuſ. ab ecclia extat. p̄uſquā ſequeſ t̄ incipit. Huius mōdi
aut̄ int̄reſa ſeſſio fr̄im a ſeniorib; ē inchoanda. mox in ipſo p̄mordio
noct̄nq;. Ad formā de pariete cauſa int̄ſtandi nullus uel ad breue
monitūm descendit. ſi p̄ eadē cauſa ad parietē aliq̄s ſtans etiā in quartū
ſedile ſecedit. t̄ c̄tra ad parietē de forma ſiue literat̄ ſiue illiteratus
tā ſupiorib; qm̄ inferiorib; p̄ hac cauſa ſuccedere poteſt. n̄ qui ma-
iori cuſtodie deputat̄ eſt. ille tantū ſuis collateralib; ſi tam̄ eidem
cuſtodie neut̄ eorū ē mancipat̄. in hac re ſuccurrere ualeat. ſic & ad
miſſas. & ad ſcām orariā huſ cū qb; ad parietē ſtat. facere ſolent. nā
tunc ei aduinc̄tuſ ē. ſi adhuc tā alte ordine habet. Ad alias v̄ uices
n̄ illuc accedit. etiā ſi paries ex aliq; parte uacuuſ ſit. Nullus eorū
qui ad formas ſtant t̄ ext̄. ſiue ſit literat̄ ſiue n̄. aliq̄ndo cauſa ſe ſus-
tentandi ad parietis uacuuſ ſedile accedit. Qui uſu habet̄ intra nocturno

nale officium uno eodemq; congruo tam tempore addormitorio exire:
 propter hoc non reprehendit: sic nec ille qui bis ter illuc uadit. si tam infirmitas
 ei fuerit: hec si autem uices in quibus illuc iret. in eadem uadit. et ideo
 ne propter magnam necessitatem hoc fiat: est procurandum. scilicet infra ym-
 nos & lectiones. infra te dominum laud. psalmum quod Beatus Benedictus preces.
 S; & quicumque ante quolibet horum officiorum de choro exiebat. ad hec in tempo-
 re redire si aliquomodo ualeat. festinat. sic & ad processione que pro matris aliquando
 festiue cum Re agitur. nam si bis in ebdomada. si tam in missis non fuerit ad illam
 que fit in puantibus noctibus; non notat. Interea quia etiam si de dormitorio uene-
 rit in suo ordine adiungitur. si conuenienter poterit: sin autem non accedat
 priusquam ordo seniorum preteribit. S; & hoc sciendum est quod si quis propea quam con-
 uentus ad. s. oraria intuerit. infra matris de omnibus sanctis superuenient.
 si tempus est precubendi usque ad finem. Laus dominum decet. ueniam facere debet.
 sed non postea. Ut autem ad nocturnos redeat. qui infra psalmos addormitorium
 uadit. si est litteratus. intendum rectare eosdem non negligit. si illiteratus
 interea Latine nunc cantat. ut ad minus tocens illud repetit. quod psalmos
 eo absente conuenienter psallit. **U**bi cumque sit sedet. numquam manicas dimit-
 tit ita negligentem ad terram pendere: sed si manus sit intra sinum. manuce
 exit sinum intransuersum se collecte. Si propter aliquid de choro tam longe ut
 conuentui absens fieret. exit: t si postea uenit quam hora est inchoa-
 ta ut aliud officium. prius ad altare inclinat. quam ad locum suum diuertat.
 Illuc ueniens. si alii neque ad altare suis uersi. neque sedent. tam sub-
 missis quam & nunc contra altare in faciem suam inclinat. omnesque simul in-
 clinant. manibus; ut manicas missis. non tam ita alte sicut ipse inclina-
 ut. Contra maius altare nunquam inclinat. nisi manibus; in manicas missis.
 & capite quam maxime. conuenienter tam dimisso. sic etiam ad crucem.
 si extra alia altaria & contra crucifixum in capto moderati. Lectori ag-
 du ubi facit ante & retro. summissis eunti ad lectionem: ac redeunti sedens
 reuerentem inclinat. Reliquas inclinationes unquam uisu potius quam
 auditu addiscat. Si psalmos nouerit. & si in aliquo uersu errauerit.
 mox ante finem uersus. & quoniam in eo offenderit. eodem modo
 ante se petit ueniam quo superius dixi. ad gradum esse petendam pro cursi-
 one tardiori. Si autem in neuma t in psalmorum distinctionibus; fallit. t si A.
 aut R. pronuntiare negligit. propter hoc ueniam non petit. Non solum autem
 ad regulares horas. sed etiam ad quolibet diuinum officium quod agitur
 in oratorio petit ueniam si fallit in uerbo. **Q**uomodo absconsa ad nocturnos
 Quod si infra lectiones ille qui absconsa circumferre debet.

Quomodo fr
 sedeat.

xiii.

circūfert ad eū uenerit: & putans eū dormire: lumē cont̄ faciē int̄en-
derit: si uigilat: terū reuerent̄ inclinat: At si dormiuit & later-
na posita fuerit ante eū: excitat̄ ab eo qui iuxta eū sedet: p̄ lustrat̄
p̄mū cū ea dextrū chorū a seniorib; quidē incipiens: & ita eos qui ad
parietē sedent pertransiens: deinde eos qui ad formā eidē chori & eo
tenore chorū minorē ingredies: & in medio occidentalis lineē incipi-
ens: dexterā eius partē: deinde sinistrā per lustrat: nouissime rede-
undo sinistrū chorū eo p̄ omnia ordine: sic p̄us dextrū: nullo interī
presumente iuxta se forsitan dormientē excitare: Si quē uiderit
obdormisse: contra oculos eius lumen ter̄ intendit: Si tertia
uice n̄ euigilauerit: ponit ante eū latnā ut ab ipso quoq; excitato
similit̄ portet: Si aut̄ ita euigilauerit: ut c̄tra illū inclinē: ante
quā se auerterit: ab ipso auferenda est qui eā apposuit: Qd̄ si tantū
in dormiendo fuerit dephensi: hec deportatio p̄trahit̄ usq; ad glām R̄:
qd̄ est in ea nocturna ultimū: Si quis qui ad p̄sens legere uel cantare
debet cū ea deprehensus fuerit: euigilans illi bauulat̄: si ad huc
tam p̄pe est: causā officii sui insinuat: ut absconsam auferat: si uero
abit: id ipsū collateralē suo in iungit: & ita ille uicē istius incircū
eundo agit: Nulli in reditu denuo porrigit̄: & si dormiens apreter-
eunte inueniatur: nisi infra iuxta extrū chorū: Si ei q̄ in maiori cus-
todia est posita fuerit: ipse cū ea maiorē solūm chorū eo m̄ sicut
dictū est plustrat: & si neminē ibi dephenderit: iuxta analogū
qd̄ ē in medio choro gradu eā ponit: Ibi ab aliquo uerso accepta:
extra chorū circūferenda effert: Ac uersis aut̄ qui s̄t extr̄ chorū p̄mittit̄
portat̄: & n̄ p̄ ordine: si q̄cūq; melī potest: aliū anticipat: Si aut̄ portari
neglegit̄ hi om̄s p̄ hoc inelamant̄: In uilectionib; mox ad int̄m
tertie: septime: & undecime lectionis choro inferit̄: si nouem sicut
ante pascha: ad sedm̄: quintā: & octauā: si tres longe: ad unāq̄m q̄ si
breues: ad sedm̄. *De lege minoris chori: & q̄modo podagrici & claudi se habeant*

*Qui debeant
absconsā int̄
lect̄ portare:*

Quia minor chorus maiori inferī ita ē aduinc̄: ut p̄us sit eun̄ in uentū: *at*
de maiorē chorū ingredientib;: non solū ad noctūnos: s; q̄tienscūq;
excepto post refectiōnē & captm̄ fr̄es in eccliam ueniunt: seniores
ceteriq; ad parietes in inferiori parte maioris chori stationē haben-
tes: p̄ minorē chorū intrant: ubi & om̄i tēpore exeunt: nisi quando
cū aliis de choro p̄ ordinē reced̄t: De refectorio autem conuenit
redeunte: nullus aut̄ chorū nisi q̄ sanguinē minut̄: de p̄cessione
diuertit: s; om̄s partē illuc ingrediunt̄: moxq; hi qui extra stare

solent. p minore choꝝ conuentu quasi occurrentes egradiunt. Econt
 quando p captm in maiore eccliam uenit. om̄s ext choꝝ remanent.
 qui & ibi locū habent. Ad captm & post cōpletoriū q̄a fr̄s a maiorib; incipi
 entes. p ordine de choro egradiunt. cunc̄ h̄ exteriores quando ad captm
 pulsatur. p cōplm ū mox ut ante & ret agit. p minore chorū maiore
 in gradientes. in ordine suo inde exeunt. excepto qd̄ post completoriū
 X flebotomati si forte assunt. conuentū de ecclesia pcedunt. Vt autem
 sciat̄ qui sint q̄b; in eodē choro manere ccedatur. hi q̄ ut litteratos ad
 standū ut etiā ad cantandū non adeo s̄ ualidi. ut ab eis illi alii in maiori
 choro ualeant adiuuari. & tam̄ inconuentu in aliis locis possunt morari.
 hi tales ppter misericordiam in minore chorū sunt deputandi. Sunt
 X & alii pre nimio seruitutis dilabore exhausti. quib; etiam in eodem
 choro tam diu repulsare. ut ad s. maria tam diurnis qm̄ nocturnis
 horis interesse. & post mat̄ dormitū ire pmutat̄ quo usq; iurib; p̄stinat̄
 restituant. S̄ adhuc fortassis & alii q̄ maiori aliq̄ infirmitate. sicut
 est pedoꝝgra inbecilliores s̄. ut adeo claudū ut baculo carere neq̄ant.
 & tam̄ alii s̄ sanū cūuentu inter sunt. illis q̄a c̄suetudinalit̄ in p̄dic̄to
 choro manere n̄ possunt. ccedit̄ in infirmitate t̄ in cella nouitioꝝ dor
 mure. ad s. maria die noctuq; horis int̄e. excepta illa quā infirmi
 ante prandiū suū p̄xime cantant. quecūq; sit. hanc enim ipsi in ec
 clesia maiori audiunt. Itaq; his quibus ut dictū ē in minori choro
 locus iugit̄ concedit̄. illiterati se non utromittunt n̄ locū ibi uacan
 tē uiderint. s; & tunc illi p̄cipue q̄ cantando alios ualeant aliquid adiu
 uare. Ecclie etiā portarius ibi iuxta ostiū qd̄ foras respic̄ locū habet.
 siue sit litteratus. siue non. Ergo sic dictū ē litterati q̄cūq; sunt.
 ualentiores. ad eidem chori parietē stant. & hoc obseruant. ut cū ea
 dē disciplina q̄ & illi q̄ in maiori choro s̄. se c̄tineant. Qui tam̄ hoc
 habent releuam̄. qd̄ quoties opus habuerint c̄uersos iuicino positos
 prose ad int̄ standū alios in p̄mptu habere. & ipsi super sedilia si qua
 ibi uacua uiderint. denuo possunt q̄scere. S̄ nāq; in eodē choro
 & alie sedes. in q̄b; infirmiores p̄deuanda standi uicissitudine
 iugit̄ sedent. q̄ & int̄pore p̄cūbendi ibidē iacent. illis qui ad pari
 etē stant. sup̄ formā ante se positā p̄cūbant; Aliq̄ndo q̄ subito in die
 infirmat̄ ad missā t̄ ad aliquā horā. sine licentia exceptus iuuenib;
 in maiori custodia positus illuc uitat. & tam̄ uenā n̄ petit. neq;
 ab aliquo in clamatur. cui & mox aliquis eorū locū sedendi dat.

Quom̄ podagra Vt aut̄ ad illū redeā q̄ podagra sicut dictū est laborat. huic concedit̄
 se claudū se habeant in cūuentu

ad captm etiã si altioris sit ordinis sedere super scabellũ. qui mos se-
dendi consuetudinã alter huiusmodi est. ut qui sunt altioris ordinis sede-
ant iuxta pedes dõni abbis siue p̄oris. deinde alii ut s̄t in ordine mediu-
t̄. s̄. ad refectoriũ in ordine suo. in claustro aut̄ ad lectũ ubicũq; compe-
tent̄ sedeant. Qui uero ita claudicat ut sustentaculo carere ñ ualeat
nulli p̄cessioni int̄erit in capto & i refectorio sede in ultimo. inde uero
cũ redit. ipse ultimus usq; in monasteriũ subsequit̄. Qui in minori cho-
ro uigil̄ sedens p̄pter incrementem egritudinẽ ad matutinos extra sece-
dit. p̄pter hoc ueniã ñ petit. sic nec conuersus ante chorũ stans pro subi-
to ingruenti infirmitate facit. si pro egritudine in quã. in remotio-
ra recedit. Quando om̄s absq; conuersis albis & cappis induuntur q̄-
q̄ literati p̄ri in minori choro morabant̄. tunc maiore ingrediunt̄.
si quia in ualidi s̄t. cuiũq; s̄t ordinis p̄ seniores ad parietẽ stant.
& continuat̄ sedent. & quisq; inter eos inbecillior ẽ. si tale ẽ festũ. sacriste
cappas distribuenti signũ infirmitatis sue monstrans cappam
accipere humiliter recusat. Si uero om̄s albis induuntur in idem
locũ sedendi dant̄ seniorib; qui ante eos ad formã stant. & ipsi statio-
nẽ ad formas interĩ supplement. qd̄ tam ñ faciunt. si illi ad formas cap-
pis. & isti ad parietes in albis s̄t. Hã nullus q̄ cappa induitur. aliquan-
do infra missã ad parietẽ stat. In quib; & tali festo si p̄cessio ñ agitur.
conuñsi ualidiores. & q̄ forte qd̄ cantare sciunt minorem chorũ ñ re-
uestiti ingrediunt̄. neq; aliq; alba indutus infra missã. excepto
mense lectore inter eos ibi moratur. Si q̄ndo aut̄ p̄cessio ẽ agenda
in huiusmodi festo. ipsi q̄q; albis tantũ uestiti eundẽ chorũ ita ut dictũ ẽ
occupant. Si q̄s v̄ ex om̄ib; ita inbecillus ẽ qd̄ ñ potest ad missã reues-
titus p̄durare. excepta d̄ exuendi licentia. extra alios secedit. Qui
in minori choro s̄t. lectori ad nocturnos ad analogum ueniẽti ñ
inclinant. sicut nec ille ipsis. At si quando conuenit̄ inclinatur fr̄i
maiore chorũ ingredienti. tẽ & illi inclinant. Contra cum ipsi ali-
cui q̄ ad illos ingreditur inclinant. tunc cõuentus ñ inclinatur.

o Lec t̄r post Quia disciplina s̄t p̄ in āt̄ recollat̄ iacet.

Amat̄ rediens. iterũ se collocat cũ disciplina eadem qua & p̄ cõ-
ptm. nisi uideat̄ tẽp̄ faciendi sonitus iã esse proximũ. Tẽ enĩ diur-
nales calceos induit. & ita se uestitũ in lecto componit. Holum
aut̄ se collocabit. si est tã clara dies ut legere possit. At si ẽ tẽpus
hiemale q̄ndo in uallũ agitur. p̄ter sopus habet addormitorũ
ire in ecclesiã reuertatur. & postq̄m consederit caput operit.

et in sedili suo mat' laudes expectat: excepto si e' illiteratus & custos alii cuius iuuenis: tunc relicta sua sede ubi infra nocturnos stetit: ad eundem iuuenem ubi ad formam sedat: uadit: illo qui prius causa inter standi eius collateralis fuit: locum dante: Si autem est illiteratus & ad parietem locum habuerit: iuuenis ad eum uenit: In hoc temporis spacio agit quod sibi uidetur: uel quod potuerit: scilicet & orando uel sacre meditationi insistendo: ad altaria tamen causa peculiaris orationis non accedit: nisi de gradibus uioribus personis sit: Priusquam de sedili surgat: caput capello denudat:

.xvii.


Ad sohitum quod diluculo *Quomodo mane surgat: & quod statim faciat.*
 fieri solet in dormitorio ad excitandos fratres: quemadmodum ad signum nocturnorum quanto citius surgit: & ea uice non alios calceos quam quod ad diem facti sunt induit: nisi forte sanguine minutus sit: Cuttelli sui secum portandi causa obliuiscit: lotis manibus & si uult facie: cum quatuor manu tergia pendeant simul in claustro: non tergit ad aliud: quam quod suis similibus congruit: quia duo sunt sacerdotibus & diaconibus indifferenter deputata: tertium sub diaconibus & idiotis: quartum his qui manus non sanas habent: Lectit caput: spargit se aqua benedicta: Quod si est illiteratus: nec ad aliquem sacrum ordinem promotus: quemcumque se ibi spargentem inuenit: ab illo eandem aspersionem accipit: sicut & literatus aquam quod in sacro ordine sibi est similis uel prelati: Si quis autem dum se sparserit: alium in sacro ordine maiorem tantum prope superuenisse: tunc etiam caput ad aspergendum sibi inclinasse uiderit: illi spongiam porrigit: eaque non recepta abit: Iuuenis spargit custodem suum quod non est illiteratus: & neminem amplius: Litigans chororum facit tres orationes: maxime si potuerit in loco quod suo ordini competat: sic etiam ad nocturnos: Similiter autem: ubicumque sibi copia data fuerit: tantum extra quam infra formas non iurat: & cancellos: ubi tantum seniores orant: Hoc autem tam obseruat: ne tunc extra formas oret: quando spacium inter formas sufficiens apparere: Quod si inter signum ad primam pulsatur ipse non amplius in orando moratur: sed mox facto antea & retro ad locum suum recedit: *Quomodo sedeat ad lectionem.*

.xviii.

Sed et hinc ad lectionem: ita sedat ut una sit ulna inter se & alium iuxta se sedentem: Anteriora frocci sui sepe ita in gremium attrahit: ut pedes possint bene uideri: Geronius quoque colligit utrumque: ut non sparsim iaceant in terra: Quo facto: antequam librum aperiat: si quem in ea parte sedentem inuenit: ante se inclinat: & hoc item illi duo faciunt: quod proxime illi collaterales sunt: etiam si uel uterque ut alteruter eorum ab eo sit remotus per aliquod longiusculum spacium: Quod non solum obser-

uat q̄ndo in p̄mis ibi c̄sederit. s̄ q̄tiens eūq̄ inde discedens redierit. Id ip̄
sū ad capt̄m & collationē fac̄. q̄ndocūq̄ eū alius in ordine suo n̄ ingressus

Hora c̄fessionis nouerit eē. p̄ uatis dieb; in hieme ante t̄ciā. sic alio *accipiat. xviii.*
tēpore a n̄ p̄mā. semp̄ q̄q̄ p̄ capt̄m quādiu psalmi uerba m. p̄ fr̄m
annūfario dicunt. Ubi tam̄ tē stare nulli c̄cedit. n̄ statim cui c̄fessionē
faciat sac̄dotē inueniat. s̄ egressus eū c̄uentu si redire uult. & a n̄ quā con
uent̄ exeat de ecclā c̄fessionē facere n̄ p̄hibet. In dieb; solemnib; usq̄
ad missę matutinalis euglm. nec ultra. In q̄dragesima p̄ tres dies. p̄
q̄s silentiū tenet̄ in claustr̄o usq̄ ad vi. Si qua festiuitas tē agitur
usq̄ ad t̄ciā. Et sciendū ē q̄a p̄ quā p̄ma pulsari cepert. c̄fessionē fa
cere nulli licebit. n̄ u qu ante inchoauit. t̄ sat̄r capt̄m p̄ hoc int̄
uit. breuiter p̄ficere poterit. Similit̄ & ante t̄ciā post audituo
signū ad lauandū u qu iā cepit celerit̄ p̄ficiat. In his q̄ horis quecūq̄ q̄
salutē anime sue cōmisit in uita sc̄lari. primum ad confessionē ma
nifestat dōno abbi ut p̄ori. Postea u cū opus habet ad confessionē p̄
aliquo excessu uenire. accedit ad sacerdotē. ad quē potissimū uo
luerit illoz. quib; huiusmodi officiū in iunctū est. & stans ante eū.
dextrā de manica extēta ponit sup̄ pectus. q̄d ē signū confessionis.
Surgente aut̄ sacerdote & ad capt̄m p̄cedente. sequit̄ illū. & primum
ante eū ueniā petit. toto corpore p̄strat̄. deinde illi t̄ se manū ad sub
leuandū p̄tendenti. simulq; interroganti q̄d dicitis. responde. mea culpa.
Ad quissus se leuare. postq̄m cōsederit. illo dicente. benedicite. re
sponde. dñs. & tē loq̄t̄ q̄d habet. Qd̄ si & ipse sac̄dos ē s̄missā celebras
siue n̄. mox ut a uenia surrex̄. ille alit̄ quoq; ad eandē humiliatio
nē se uicissim inflexit. de qua etiā qm̄ uis ab isto sit sustentatus.
n̄ se erex̄. p̄ usq̄ & illi interroganti. mea culpa respondit. Qui & ad
ultimū p̄ quā illi penitentiā p̄fessis indicet. etiā se de p̄p̄ris exces
sib; accusans. ab illo aliqd. p̄ penitentiā accipiet. hanc tam̄ discreti
onē in hac mutua c̄fessione habens. ut si ille sac̄dos a dōno abbe int̄
alios c̄fessores numerat̄ ē. iste occultiora sua. p̄ ut tē sibi uisū fuerit illi
pandat. si tam̄ tē c̄fessionē facere p̄us secū deliberabat. Si aut̄ idem sa
cerdos ad huiusmodi officiū deputat̄ n̄ ē. iste sūmati & breuit̄ in mult̄
deliq̄sse corā illo se accusat. sicq; ab eo aliqd sibi p̄ penitentiā dari ro
gat. q̄d & c̄suetudinalit̄ a diacono facere ualet. Potest etiā cui libet
p̄sone p̄ breuit̄ cōphensā peccatoz suoz uniuersalitatē. in oratione ei
se cōmendare. s̄ nihil p̄ penitentiā accipe. Puidendū aut̄ utriq; eoz ē.



ne ita cuncti sedeant. ut uestes eorum aliquando adinuicem pringant. uoces quoque in loquendo quam maxime suppriuant. & ne post ad confessionem eueniant. quam certi fratres in libris clare legere ualeant. Postquam uero omnia que uoluerit sacerdos non numerum tantum ea plangendo proferet. ad arbitrium eius penitentiam pro his recipiet. Potest talis esse excessus. quod dominica oratio aliquotiens ei recitari precipitur. aut aliquis psalmus et utraque simul. aut etiam aliquot psalmi. Potest etiam grauis esse lapsus. quod et quinquaginta et centum psalmi. et totum psalterium. et etiam id ipsum aliquotiens repetendum. ut si talis est persona. aliquot missae. et flagella. siue ieiunium eius pro penitentia iniungunt. **Q**ue quidem flagella ad uentum alla horarum et infra portum missam a presbiteris suscipiunt. sed a pascha usque ad pentecosten et infra octauas ex consuetudine non agunt. Ieiunium autem per soluentem infra presbiterium ad sanctam Mariam et in coquina regunt cum licentia commorari. si semel reficitur. postea cum ministris. siue ad cenam cum conuentu si bis comedit. debet reficere. Preterea dominus abbas hoc habet preceptum. quod si frater si dignum iudicat penitentiam iniungit usque ad uitam eius terminum. Genuflexio autem pro penitentia alicui propter hoc non solet indicari. quia ab eo qui in conuentu iugiter est positus. hec non potest ordinabiliter frequentari. Quotumlibet uero graue sit peccatum. in quo quis ualet delinquere. sacerdotibus a domino abbate in hoc officium constitutis potest manifestare. non potest hoc domino abbati et priori uelut reseruare. Nam et ille tales sibi uicarios ad huiusmodi negotium debet eligere. quibus fratres causam suam non minus secure quam sibi met ipsi ualeant committere. Si cui eorum reuelatum fuerit peccatum tam graue quod pro se non sperat curare. tunc persuadet confidenti. ut aperiat illud domino abbati. Quod si frater consentire noluerit. ipse sacerdos quam cautissime potest causam eius tractabit. et nullatenus hoc alicui indicabit. Sed quamuis tales sint confessores. nouerunt tamen non esse nostre consuetudinis. ut monachus audiat confessionem mulieris et alicuius secularis hominis. Si tale quid ei contigit in nocte quod nos uerecunde fragilitatem appellamus. ante confessionem. uel psalmos penitentiales dicit. et si psalmos nescit. dominicam orationem septies. et postquam fuerit confessus. hoc quod sibi iusserit sacerdos dicit. Eodem die nec textum euangelii osculatur. nec ad pacem uenit. nec ad offerendam. nec ad altare accedit. nec in presbiterio seruit. nec aliquid quod est sacrum. et in uasis aut in ceteris utensilibus quod est benedictum tangit. excepto quod in purificatione sancte Marie. et in palmis. propter hoc candelam et ramos benedictos offerre non omittit. In refectorio nec oblatas nec benedictionem dabit. non ad ministrum si necesse fuerit. sacerdotem ad missam celebrationem nec induere nec exuere adiuuat. nec ipse albam consecratam induit. Nam absque his que ad missas celebrandas sunt deputate

quod nihil consecratum tangit. cum nocturno fragilitas conuenit.

cetera albe scdm̄ c̄suetudinē nr̄am n̄ s̄t̄ benedicte. & ideo q̄t̄ienscūq̄ rē
 exigit. his uestiri poterit. Scire autē eū oportet. qd̄ neq̄quā ad ea aq̄b̄
 phibit̄ ē. aliq̄ndo licentiā petere debet. etiā si aliqua p̄cipua solle
 nitas instet. At tam̄ in paschali die & in trib̄ p̄cedentib̄. scdm̄ c̄suetu
 dinē nullus siue p̄ista siue p̄aliq̄ necessitate. n̄ p̄criminali peccato
 se subtrahit a cōmunionē. Qd̄ si quando in meridie hoc sibi euene
 rit. p̄p̄t̄ hoc in crastino si tam̄ c̄fessio p̄cessit. ab his q̄ p̄scripta s̄t̄ n̄
 abstinebit. Si autē rasura t̄ aliud qd̄ a c̄fessione eū impediēt. in
 aliud tēpus eā differt. nec tam̄ interi alicui p̄dictoz̄ se intromitt
 tit. Est apud nos lauatoriū secretū cū aqueductu. ibi lauat fe
 moralia sua. q̄ntū illa euentione s̄t̄ c̄tacta. & hoc q̄ndocūq̄ in die
 occasio sibi data fuerit. n̄ q̄ndo meridiana agit̄. Si ē in custodia.
 a custode suo illuc ducit̄. & foris ostiū ab eo expectat̄. Qd̄ & semp̄
 ē aptū. n̄ cū quis intus id agit̄ secretū. **Q̄ndo. & quom̄ uestimenta**

A ut si habet in p̄mptu mutatoriū suū. mutat **sua induat.**
 qd̄ ē induit̄. nec p̄us ad ea que p̄fatus sum accedere p̄sumit.
 n̄ utrūq̄ qd̄ dictū ē sibi defuerit. Et p̄p̄t̄a sacerdotes & diaconi of
 ficiū suū exercentes. ex c̄suetudine tria femoralia habent. Nullus mu
 tat in sola cuculla. n̄ & pelliciū t̄ froccū aut gunellā habeat induta.
 ne qd̄ nuditatis sue possit ab aliq̄ uideri. Et si ea fuerit hora. q̄ p̄quā
 se uestierit ad dormiendū recollocari n̄ debent. opto lecto qd̄ alio
 tēpore n̄ licet. sup̄ cooptoriū sedet. pedib̄ sup̄ scabellū positis. Cōdē
 q̄q̄ tēpore caligat licet ei excutere. qd̄ dormientib̄ fr̄ib̄ nulli con
 cedit̄. ne c̄uent̄ inq̄etudinē patiat̄. Pannos q̄q̄ quos exuit c̄festi
 cōplicat. femoralia inuoluit stamineo. & cū ei manicis colligat
 utraq̄. in armario qd̄ in claustrō iuxta ascensū dormitori t̄ in
 alio loco cōpetenti ē ad hoc deputatū. siue illa siue alia die po
 nenda. dū modo in feria. iij. p̄ eugl̄m mat̄ misse ad lauandū
 auferenda ibi inueniant̄. Quō tam̄ sic ut c̄uentū n̄ occurrat
 debet ea portare. Vnde sub scabello qd̄ ē ante lectū debent ser
 uari. donec ad armariū cōpotent̄ possint portari. Thecā q̄q̄ pul
 uinaris eadē hora illuc portat. si tam̄ op̄ ē eā lauare. s̄ seorsū debet
 illā ponere. Si custos cū iuene suo uult mutare. interi debet
 illū alii cōmendare. ipseq̄ in aliq̄ uacuo lecto mutare. Hora autē
 mutandi. exceptis p̄uatis dieb̄. a kt̄ oct̄. usq̄ ad kt̄ nov̄. & illis trib̄
 ante pascha. om̄i tēpore ē p̄ mat̄ q̄ndo fr̄s repausant in lecti. Tē
 in quā siue anteq̄ se recollocet. siue p̄ hac añ sonitū euigilan̄ mutare

potest quis uoluerit. n̄ iuuenis sit. & si p̄ usq̄ sonitū audierit caligā unā
 exuerit. t̄ saltē braciē femoralib; inseruerit. hoc pagere n̄ desistit. siq̄
 si forte tres illas orat̄ mane ^{faciendas} neglexerit. n̄ ei imputat̄. S; si sonitū p̄ us
 quā p̄dictū ē audierit. & si aduestiendū se redire uoluerit. indutis
 noctūnalib; lauari. pecti. & factis trib; his orationib; reūti accelerat.
 ut mutatis uestib; ad p̄mā tēpestiue ueniat. Que si simul cū matuti
 nis cantat̄ ante tēiā mutare debet. Qd̄ si q̄ndo eadē p̄ma ante lucē.
 t̄ p̄ea sic finit̄. ut in claustrō legere n̄ possit. tē eodē m̄ q̄ sup̄ aditū
 uallū in choro sedebit. q̄ usq̄ sonitū in circulo ianue p̄ p̄ore factū
 audierit. excepto si tē mutare uoluerit. *Si coctus ē qua hora cocti*

xxi.

QUOD SI COCTUS ē ut uulgarit̄ aiunt. cocturā *tā suā uideat.*
 ex more n̄ uidet neq; ligat. n̄ ante p̄mā. t̄ si ipsa ut sup̄ memini
 matutinis adiuncta fuerit ante tēiā. & si hęc spacia ā deo breuia fu
 erint ut tē fieri n̄ possit. p̄ eugl̄m matutinalis misse. p̄ cenā quoq;
 aut si semel comedit̄ p̄ uespos. na tam̄ ut p̄p̄t̄ hoc silentiū n̄ infrin
 gat. Panniculi q̄dem recens lauati sic eē debent in p̄mptu. ut n̄ op̄
 habeat qd̄ loq̄. Hoc aut̄ in infirmaria debet fieri p̄ famulū ad hoc
 deputatū. & aliū ab alio licet in his que ad huiusmodi p̄tinent infir
 mitatē adiuuari. Quo facto. ibi ad lauatoriū infirmoz lauari. &
 ad manutigiū sibi deputatū debet t̄gi. Cocturā aū facere p̄ p̄ndiū
 cū tēp̄ oportunū habuerit. licet accepta tam̄ licentia. & queq; ad
 hanc necessaria a camerario req̄rit. *Quom̄ & q̄ndo uestimenta sua*

xxii.

SI QUID ei placuerit de pannis suis lauare. qd̄ ē sue *lauat.*
 studinalit̄ facere potest. in coq̄na regulari ad hoc solū eneu
 caldariū inuenit. in q̄ aqua calefiat. & lexiua tēperet̄. in claustrō
 aū truncū amplissimū cū plerisq; int̄uallis cauatū. ut hic stami
 neū. ibi femoralia lauari possit̄ separati. Que & ante capl̄m mittit
 in aquā calidā ut mollescant. p̄ tabule p̄cussione lauati. & n̄ diu
 t̄us n̄ q̄m̄diu loq̄ndi licentia durat. & interī dū sac̄dos aliq; mi
 nistri se induunt. excepto si ē dies ieiunii. lauare n̄ phibet̄ post
 tēiā. t̄ si ē xlma & dies p̄uata. p̄ capl̄m & p̄ sextā lauati. etiā si n̄ lo
 quam̄ in claustrō. Quicq̄d aū lauati q̄ quom̄ sit lauati. p̄ horā la
 uandi aufert & siccat. ne iaceat ita sordidū & horridū. maxime
 ubi tot̄ euent̄ uidebit̄ de refectorio exitur̄. *Quid faciat audito*

xxiii.

AUDI TO signo qd̄ ad p̄mā pulsat̄. *signo. & qd̄ de hora indie n̄ erit.*
 librū tam̄ illū si que iuxta se uidet positū. quā p̄manib; ha
 bitū reportat ad armariū. Hoc enī si neglectū fuerit. utq; eoz int̄

quos remanens liber iacuit. inelamandus ē. Qd̄ tam & si. alias
 quoq; ad eas tam n̄ obseruat̄ horas quib; finitis statim in claustrū ad
 lectionē reditur̄ ē cūent̄ similiter nec ad officiū defunctorū. & q̄ndo
 cymbalū adbibendū p̄cutit̄. Tunc enī in loco q̄ q̄sq; sederit. ut statim
 reuersus ibi inueniat librū dimittit. nec alii tē accipe hunc licebit
 n̄ forte is q̄ eū in x̄lma accepit eo anno p̄legendū necesse habuerit.
 Quē etiā sic & nullū sine alio libro a quolibet fr̄e debet req̄rere. Le
 terū ad collationē reportati ut ordinate in armario reponant̄ libri.
 armariū t̄ adiutor ei; p̄curat. Ad p̄mē q̄ pulsationē repositis in
 armario libris. hui; q̄ matutinos ad. s. Mariā audierit. q̄a c̄suetudo
 ē ut ceteras ibi exceptis obedientiaris & si q̄ tales s̄t q̄ choro int̄eē
 possunt. audiant horas. statim illuc acūentu secedunt. Ad aliarū
 v̄ pulsationē horarū. q̄t̄t̄ ex eisdē cūentui tē int̄eē. simul cū eo
 ingredientēs. orationē que easdē p̄cedit horas ante choꝝ faciunt.
 Quā etiā si ē una sola. q̄libet tardius ueniens. ibidē dū necdū hora
 ē inchoata. in secretiori loco facere potest. Ad auditū v̄ cui; hore
 signū. ascensur̄ dormitoriū in p̄mo gradu si pedē posuit. p̄gere
 potest. Sin aū. n̄ maior necessitas fuerit. mox ad eccl̄am redit. S.
 q̄a pulsatio signi ad p̄mā r̄te p̄telat̄ q̄ usq; .vii. psalmi possint per
 cantari. aliquādo si uoluerit p̄quā cūentus p̄transierit. exit p̄cor
 poris necessitate. S. rediens lauat manū. ne cū uentū fuerit ad of
 ferendā rursus habeat exire. q̄a si tam frequēt̄ exierit. hoc q̄q; incapto
 p̄elamatū experiet̄. S. nec licet unquā exire quēquā quādiu de re
 gularib; horis ulla in die cantat̄. n̄ p̄ inuētabili necessitate. ut uer
 bi gr̄a si de nasu cruor emānat. De quo ut min̄ dubitet̄. nec ipsi
 abbi p̄quā incepta fuerit aliqua hora choꝝ p̄transire. t̄ aliquē inde
 euocare. p̄ter ad cōplm̄ ante gl̄am p̄mi psalmi c̄suetudo c̄sentit.
 Infra quā horā tantū sibi & p̄ori in c̄suetis claustrī locis & officinī
 loqui licet. In choro ad p̄mā dū cantat̄. Quicūq; uult. nullus sedet.
 Ad hanc horā & ad cōplm̄ t̄ quotienscūq; fr̄s inuicē c̄fessionē dic̄t̄
 obseruare debent. ut q̄ aliū p̄cedit in sacro ordine. ipse q̄q; c̄fessio
 nē p̄or dicat. etiā si inferior sit eo cui c̄fiteat̄. Quando p̄ .vii. f̄^{os} pe
 nitentiales ap̄stratis fr̄ib; letania cantat̄. ad ultimū psalmū p̄ore
 accedunt ad gradus. sicq; ceteri ordinant se ut cū tēp̄ fuerit. n̄ sibi
 in p̄cūbendo morā faciant. & int̄ literatos cūersus n̄ iaceat. nisi
 alicui; inuenis custos fuerit. ad quē ubicūq; iacuerit. ipse acce
 det. Ad literatū v̄ custodē inuenis uenire n̄ negligit. In hac leta

nia nulli sc̄i nom̄ geminat̄ excepto q̄ singularis eidē loci patron̄ ha-
bet. Ad versū illū p̄ passionē & crucē. t. unq̄sq̄ cū crucē nomina-
uerit. exerta manu p̄manicā infacie crucē etiā fac̄. statimq̄ ad se-
quentē. v. qui ē p̄ glōsam resur̄. sac̄dos & ministri matutinalis misse
debent exire. ut mox finita letania. parati ad altare intrent. Unde etiā
quāquā ceteri in ordine suo. isti tam̄ ita iacent. ut exeuntes cetero
n̄ inquietent. Ad offerendā nec anterior nec posterior quā suus est
ordo quisquā accedit. si tam̄ p̄sens fuerit. Qd̄ si aliq̄s neglexerit. q̄
tē ibi p̄xim̄ adest. licet in ordine inferior sit. offerre n̄ tardat.

xxiii.

Quando *Quom̄ se p̄parat ad caplm̄. t. qd̄ faciat si ē sibi c̄sensu*
scilla pulsāt ad caplm̄. cessat ab eo qd̄ tunc agit̄. ad caplm̄
se p̄parans. stamineū suū undiq̄ detrahīt & honeste cōponit. &
claves si quas habet qualiscūq̄ sit obedientiar̄ recondit. ut parat̄
sit si forte iudiciū subire iubet̄. & ut assit aduersū ibi dicendū
observat. quō si hunc negligere in c̄suetudine habuerit. inelamat̄.
Attendit quoq̄ si notat̄ in tabula ibi nominat̄ ut tē inclinet. & si
ebd̄ari ibi appellat̄ fuerit. siue hoc siue p̄p̄ū ibi audierit uocabu-
lū. & q̄ndo festiuitas aliqua que in cappis t̄ sup̄ ē agenda. ibi fu-
erit p̄nunciata. similiter etiā inclinante dōno abbe. s̄ & q̄ndo idem
dōn̄ abba. t̄ ordinē tenens p̄or dixerit. benedicente. inclinat. Quo
dicto. ob quācūq̄ causā exiens siue ingrediens. n̄ cū dōno abbe. t̄
nudus aliq̄s intrauerit. dic̄ benedicente. ita ut q̄ p̄pe caplm̄ intro-
itū sedent audientes respondeant. d̄ns. S̄ si aliquē introduxerit.
ap̄tius aliquēntulū idem dic̄. & tē c̄uent̄ respondet. Si duo t̄ plures
simul intrauerint. ille solus qui p̄cedit. benedicente. p̄mittit. Verū
ad sermonē ne desit sūmope conuersus cauet. q̄a maxime. p̄pt̄ talē
fieri solet. Infra quē etiā si dormierit. inelamat̄. Postquā aū dicto
a tenente ordinē loquimini de ordine. ad actionē capli uentū
fuerit. expectat siq̄s infirm̄ ibi sit q̄ p̄fectione carnis quā habu-
it ueniā petere debeat. & si circatores qui primas inelamationē
facient. qd̄ loqui habeant. deinde si quid ei excessus aliquom̄
contigit. p̄ quo sine inelamatione ueniā petere debet. ne inela-
met̄ ipse p̄ueniens siue alius uidit. siue non. ueniā petit. cul-
pāq̄ suā fateatur. S̄ q̄ntacūq̄ fateatur. tam̄ n̄ amplius petit ue-
niā. p̄ter illā quā petiuit. nisi inelamet̄. Et sciendū qd̄ plures
simul. p̄ diuersis causis ueniā petere n̄ p̄hibent̄. & qd̄ nullus die
ē excepto p̄mō paschali. tā solēnis p̄ cui reuerentia ueniā n̄ fit ibi

*Ne conuersus
ad sermonē
desit.*

petenda. & pelamatio omnino uitanda. s̄ tam̄ in p̄cipuis festis hoc par
tius agit̄. quā in alius diebus. *Quibus causis uero ueniā petat.*

..xxv.

Sunt autē quedā instituta. quibus si deert. sua sponte ueniā petat.
id est si infra ambitū muri t̄ extra in uicinitate manens alicui re
gulari hore. siue illis tribus orationibus que ante nocturnos. uel que
in hieme ante terciā fiunt. n̄ interfuerit. nisi forte sit sacerdos & interim
cantet missam. & ei adiutor. t̄ custos eccle. cū adiutoribus suis hostiā
faciat. t̄ aliq̄s p̄ infirmitate infra unā horā balneet. si capl̄m t̄ collati
onē. t̄ illā que ante missā agit̄ p̄cessionē. t̄ op̄ manuū t̄ generale man
datū etiā si p̄ lauacionē pedū aduenerit. t̄ generale refectionē dimi
serit. si mense lector t̄ coq̄ne ebdari in sabbo notat̄ benedictionē ne
glexerit. si ad cōmunē fr̄m rasurā p̄sens n̄ fuit. si de uia ueniens in
ea die ad finē alicui hore benedictionē n̄ accepit. t̄ si absq̄ ea de mo
nastio exierit. s̄ infra biduū n̄ redierit. Sane cū n̄ solū p̄ sup̄ dictis.
s̄ & aliis quibusdā negligentis. sic est librū q̄ infer. ii. xl me ei dat̄ ē. in
fra annū n̄ p̄legerit. p̄ q̄ tam̄ ueniā reuoluto anno in eodē die fac̄
si corporale t̄ offertoriū. t̄ linteū ad portandos calices t̄ ad patenā in
uoluendā aptatū de ei negligentia ad trā ceciderit. si lectionē suā
t̄ r̄ om̄ino neglexerit. si talē sonitū in dormitorio noctu fecerit p̄
que fr̄s inq̄tauerit. si in infirmaria t̄ in cella nouitiorū p̄m̄ia dormi
re p̄missus. ante nocturnos in infirmaria biberit. quīs mane sine licen
tia inde n̄ exierit. si mutatoriū suū in dñica die in capto inuenerit.
siue p̄ die in monastio fuerit t̄ n̄. si q̄d tale sic maior ē cereus fregert.
p̄didert. t̄ p̄fudert. si q̄d uestim̄ti sui peiorauerit. t̄ si corrigiā ra
foriorū ita ut eadē usui n̄ p̄sit incidert. si liber inq̄ ad refectionē
debet legi. de ei neglectu in tēpore ibi defuerit. cū p̄ his in quā om̄ibus
n̄ in clamat̄ ueniā petat. & oratio p̄ indulgentia ei iniungat̄. n̄ tā
freq̄ns & talis sit culpa que p̄ori uideat̄ n̄ sic ē eremitenda. tamen
restant tria p̄ quorū neglectu itē sua sponte ueniā petat. s̄ tam̄ neq̄q̄.
iudiciū euadat. scilicet. si q̄d ei de his negligentis q̄ in abbas capto
inueniunt̄. in corpore t̄ sanguine dñi. siue clam siue palā euenerit.
si dū mandato triū paupū ascript̄ fuerit. neq̄ ipse neq̄ ali' rogatu
ipsi hoc fecerit. si ad duas uices in anno. id q̄ndo natiuitas & annun
ciatio dñi p̄nunciant̄ in capto. in tali tēpore ibi n̄ affuerit. ut cū con
uentu ueniā facere possit. maxime cū pulsatio que eadē capla p̄
cedit. aliis capitulorū pulsationibus p̄lixior sit. Sed hec regula eis
ē tantū c̄stituta. q̄ t̄ in monastio p̄ prima nocte manentes uel

euicino aduenientes. p sola sui negligentia p̄dictis captis n̄ int̄fuerunt.
 Qui v̄ in alterutra p̄dicta festiuitate de aliqua cellarū t̄ obedientiarū q̄
 longe s̄t remote. t̄ q̄ p̄ aliquo ter tridui missus. in redeundo t̄ pestiue
 q̄dem p̄ficisci cepit. s̄ in itinere t̄ iunio suo. aut comite. t̄ in se ipso
 aliqd̄ tale impedim̄tū passus fuerit. p̄ q̄ ante captim uenire n̄ possit.
 p̄ ueniā causa necessitatis sue exposita. lib̄ abscedit. Cetū p̄ his negli
 gentis q̄s s̄t ex hoc incurrere poterit. si t̄ noct̄ne orationi. t̄ regulari
 hore. t̄ letanie p̄ p̄mā. t̄ cet̄is talib̄ q̄ p̄missa s̄t n̄ affuerit. nil ē qd̄
 X illū a petenda ueniā excuset. n̄ rupta uena. t̄ de narib̄ fluor̄ sangui
 nis. scilicet si hic eū int̄ monastiū t̄ ext̄ in uicinitate eī positū interi
 occupauit. q̄ndo alicui horū instituto int̄ eē debuit. p̄ter qd̄ p̄missū
 ē de mandato triū paup̄ū. de neglectis duab̄ ueniis. id̄ in uis̄ nat̄d.
 & in annunciatione ipsi. de neglecta p̄ aliqua hōrā benedictione p̄
 reditū. de n̄ accipiēdo eā in exitu. s̄ si n̄ redierit de uia infra biduū.
 S̄ sciendū si aliquādo estatis t̄pore dormiendo nonā neglexerit. qd̄
 statū p̄cussa tabula ueniā petit. n̄ seruans eā crastino capto.

xxvi.

Quod si alius de illo reclamatione quibus ueniā n̄ petit n̄ inelamat̄
 mauert. t̄ q̄dem q̄tens de se reclamare. t̄ p̄ore qd̄ tale q̄ culpā ei
 no ter. loq̄ audierit. totiens q̄q̄ sine mora ueniā petit. Et cū surre
 xerit. si se reū nouit. cū om̄i humilitate & p̄missa em̄datione culpā
 suā fatet̄. nullā agens defensionē. n̄ si rationabilis causa ē. t̄ magna
 necessitas p̄ qua talē incurrit excessū. hanc n̄ multi loq̄o s̄ simplici
 humili p̄mit subiectione. & p̄ tali culpa p̄lati sententiā cū patien
 tia sustinet. sciens impatientie culpā ḡuiori correptione em̄dandā.
 Si aut̄ de re inelamata n̄ ē sibi c̄sciū. nec fateri nec importune nega
 re. s̄ rei ueritatē debet honeste p̄ferre. Qd̄ si sedens & reclamationē
 de se audierit. p̄us quicquā responderit quā ueniā petierit. ex hoc
 inelamat̄ & ueniā petens. in ipso frocco suo unā cū uirga p̄cussionē
 accipit. Qua accepta. p̄ quā respondet mea culpa. iubet surgere. Post
 ea p̄ quo ē reclamata. sustinet qd̄ p̄lato uidet̄. Unde sedens si inelamari
 se audierit. t̄ n̄ audiens ab alio admonit̄ fuerit. statū surgens ueniā
 petit. etiā si n̄ intellexerit qd̄ in se reclamatū sit. S̄ & nullus eū ante
 petita ueniā excusare p̄sumit. etiā si eī innocentia nouerit. Hoc
 aut̄ inelamans eū debet cauere. ne p̄ una duas eū uenias petere fa
 ciat. p̄mo a p̄te. & ipsā causā nominatī dicendo. Nā si eū c̄tra ordi
 nē fecisse t̄ tale qd̄ dixerit. n̄ statū adiungat ipsū qd̄ fecerit. ueniā
 petere ille n̄ morat̄. dicta causa aliā petitur̄. Qd̄ si eū alit̄ q̄ cue

nat inelamauerit. tolerari qdem debet donec ille fessu ueniat. & tē
 inelamari. Sed hoc sciendū ē qd nullus n̄ ordinē tenens de alio ibi loq̄t.
 sermone ad illū directo. uerbi gr̄a. ut dicat. uos hoc t̄ illud fecistis. nec
 q̄squā n̄ qd certū habeat inelamare debet. ut si ille inelamata culpā
 negauerit. iste unde sciāt eā euidentē dicere possit. Veruntam̄ in p̄ori
 potestate erit. quom̄ talis culpa remanent. Nā & si leuiore cause ple
 rūq̄ mediocri tractent. tam̄ si maior culpa fuerit. indiscussa n̄ rema
 nebit. neq̄ fr̄ q̄ eā uidit. si in p̄ximo t̄ t̄cio aut q̄rto capto hanc recla
 mare n̄ potuerit. ideo reticebit. s̄ tamdiu in memoria eā retinebit.
 donec reclamandi locū habuerit. Quāuis etiā n̄ sit c̄suetudo ut aliq̄s
 totū cūentū p̄clamet. tam̄ q̄cūq̄ tenet captim. data int̄dū occasio
 ne. iubet uniuersalit̄ illos ueniā petere q̄ diurnales calceos. t̄ cultros
 suos in p̄sentiarū n̄ habent. aliq̄ndo eos q̄ ad tres orationes q̄ mane
 fiunt p̄sonitū. & int̄dū illos q̄ n̄ fuerit ad p̄cessionē. t̄ ad stationē
 q̄ fit ad crucē siue ad. s. Mariā. Hoc aut̄ scdm̄ institutionē beati
 dionis sumo cauendū ē studio. ne tale qd in q̄ aliq̄ notari possit tur
 p̄tudo reclamet̄ in capto. s̄ si q̄s ignar̄ forte. p̄fari ceperit. p̄or t̄ q̄li
 bet audiens reuerent̄ satagit. ne ad audientia cūent̄ pueniat. s̄ nec
 iudiciū euadit. q̄ sciūs huiusmodi rei tale qd ibi p̄ferre p̄sūpserit. Nā
 nec ulla comestionis t̄ bibitionis m̄tio ibi debet fieri. n̄ forte de aliq̄
 infirmiore fr̄e min̄ se reficiente honeste dicat̄. q̄a indigus ē gr̄e. t̄ ad
 monitio fiat p̄pane. siue alio cibo negligent̄ parato. Verū si q̄s fr̄ tale
 qd agens qd reclamari n̄ potest admonit̄ em̄dare noluerit. is q̄ causa
 agnouit. debet eā p̄ori innotescere. ut ab ipso delinq̄ns acri oburga
 tione secreto increpet̄. S̄ si nec sic em̄dare uoluerit. p̄or illi in capto
 de alia q̄libet culpa inelamato. hanc in memoria reduc̄. ut eū aliqd
 tale com̄sisse qd ibi reclamandū n̄ sit. conuenit̄ agnoscat. ut sic sine
 offensa fr̄um in eū graui em̄dari possit. In iudiciis aut̄ faciendis
 n̄ minima debet eē discretio ordinē tenentis. P̄ culpa enī q̄ in queli
 bet reclamāt̄. scdm̄ rei q̄litate aut̄ indulgentia aut̄ uapulatio. aut
 leuioris culpe sententia sequit̄. nā silentiū t̄ ieiuniū nulli indiet̄.
 Solus aut̄ abba ligat̄ ḡuoris culpe sententia. Que aut̄ ad grauiore
 culpā p̄tinent. de his n̄ loquor hac uice. Porro nullus stamineo exur
 uerbetat̄. n̄ rebellis sit. Ille aut̄ rebellis eē iudicat̄. q̄ p̄ori in capto
 temere c̄tradit̄. t̄ qd hoc qd sibi iniungit̄. quāuis uerbis n̄ c̄tradicat.
 agere tam̄ dedignat̄. & ut de maiorib. taceā etiā q̄ de minimis que
 in eū reclamant̄ n̄ uult se corrigere negligentis. Hic ḡ q̄ tali iudicio

¶ Ne turpis inela
 mato audiat
 in capto.

¶ Qd nullus sta
 mineo exur
 uerbetat̄. n̄
 rebellis sit.

subiacere iubet. cuculla & frocco exutis & ad pedes suos positus sedet. accedensq; camerarius cū cultello stamineū ei' dissūtū ab utroq; humero deorsū parū trahit. Qd̄ tam̄ p̄dict' fr̄ cū p̄mū tēp' habuerit resarcire n̄ negligit. ne ita ad lauandū recipiat. fr̄ autē q̄ iudiciū fac̄. post tergū illi' stans. id pagit. Ad unū captim duo iudicia nulli inferunt. n̄ p̄ contradictione. s̄ si p̄ flagellū aliqd̄ tale in eū reclamāt. qd̄ p̄ori inultū n̄ debere dimitti uidet. iubet eū p̄ hoc ueniā petere ad crastinū captim. Qd̄ si aliq̄s p̄ acceptū iudiciū uerbis t̄ etiā ipso habitu aliqd̄ dedignationis signū demonstrare p̄sumserit. nouerit se inde n̄ recessurū. donec t̄ spontaneus t̄ saltē acri correptione coact'. dignā p̄ posse suo satisfactionē cū omī humilitate p̄misert. *sup̄ fr̄.*

xxvii.

TALES v̄ iudicia facere iubent. *De discretionē iudicia faciendū.* q̄tante sunt discretionis ut sciant quom̄ quālibet culpā em̄dare debeant. q̄ & diligent̄ attendant. qd̄ in quēlibet reclamēt. culpā si mul & inelamati diligent̄. siue negligent̄ secū examinantes. non p̄pe uoluntati satisficientes. Sepe enī euenit. ut aliq̄s diligentiorū fr̄m̄ in culpā maiorē incidat. q̄ n̄ ita in eo ut in negligente aliquo em̄dari debet. lussus autē ad accipiendū iudiciū se p̄parare. n̄ inelamat' anteq̄. exuat' nec ueniā petit. nec aliqd̄ loquit'. s̄ statī exut' uestitūta sua ita ponit. ut in longū p̄strat'. uix capite ad ea p̄tingat. In stamineū si op' ē p̄us cōponit is q̄ iudiciū faciet. S; q̄a diuerse q̄ntitat' uirgē p̄granatariū administrat' nūq̄. ibi desunt. scilicet maiores ad corripiendū min' cautos. minores v̄ ad diligentiores. ipse ad iudiciū faciendū talē eligere debet. q̄lē ipsa re exposci uidet. In q̄ p̄ p̄mā p̄cussionē nec ille manū p̄cutientis. nec iste uocē expectat mea culpa respondentis. s̄ nulla in hac re seruata paritate. c̄tinuat' iste p̄cutit. ille mea culpa respondet. donec p̄or p̄cutientē cessare iubeat. Festinantie tam̄ nimietas cauet' ab utroq;. Scopis autē & si maiores tantū ut dictū ē culpe em̄dant'. modice tam̄ hui' modi correptio inchoat'. s̄ si p̄lato uisū fuerit iussu ei' sensim auget'. seruata tam̄ ubiq; fr̄na cōpassione. in iudicio tā uirga q̄ scopis faciendo. ut & discipline districtio t̄reat elatos. & miē adhibitio foueat subiectos. quāq; n̄ nūquā etiā min' cautis adhibeant' forma pietatis. ut q̄s districtionis n̄ uicet uigor. uincat cōpassionis amor. Vnde licet n̄ sit c̄suetudinis. ut q̄ iudiciū accipit q̄cquā aliud dicat n̄ mea culpa. tam̄ aliquādo si cū res scopis agt' forte se em̄daturū interi' dixerit. n̄ solū n̄ notat'. s̄ & libent' a p̄orib; accipit. & ab eis int̄cessionē gr̄a

